



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 109. Verona a Venetis obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](#)

**Sæcul. XVI** alieno imperio parere cœpissent. Igitur  
**A.C. 1510.** Helvetii die sexta Septembris in Mediolanensem Ducatum irrumpentes, haud procul a Castellione castra metabantur: Calvimontius, qui totus in eo erat, ut eorum iter vel impediret, vel saltem retardaret, omnem militum annonam, e-  
 quorumque pabula, quæ in tutum locum transferre haud poterat, flammis absu-  
 mi jussit, nec tamen propterea Helvetiorum irruptionem in Mediolani Duca-  
 tum præpedire valuit, ; hi enim duo mil-  
 lia peditum Vasconum a ponte Vedano,  
 quem illi sub Barone Molardo tueban-  
 tur, propellunt, sicque sibi expeditum i-  
 ter *Centurionem* usque aperiunt, inde ve-  
 ro Novocomum progrediuntur a Civibus  
 ultro recepti, ut spontanea deditio ne præ-  
 dationis furorem redimerent ; nihilomi-  
 nus cum Helvetiorum copiæ tam anno-  
 næ, quam pecuniæ inopia laborarent,  
 fuscitato tumultu in tam apertam sedi-  
 tionem eruperunt, ut discedere, ac Bili-  
 tionem redire decernerent, quod & effe-  
 ctui dederunt, nullo pacto retineri su-  
 stinentes.

### §. CIX.

*Verona a Venetis obsessa.*

**Guicci. l. 8.** **C**eterum Venetorum Senatores spem  
 concipiebant, se egregium quoddam  
 faci-

facinus adversus Gallos aggrediendi Sæcul. XVI.  
spacium nocturos, dum illis interea Hel. A.C. 1510.  
vetii aliquamdiu negotium facefferent;  
quapropter Lucæ Malvezzio, quem, Ba-  
lione exauktorato, copiis præfecerant, in  
mandatis dabant, ut urbes ad initium  
belli a fœderatis captas recuperaret, de-  
mum vero Veronam cingeret; Recense-  
bat Malvezzius in suo exercitu octingen-  
tos cataphractos, equitum leviter arma-  
torum tria millia, necnon peditum decem  
millia, haud computatis Venetis militi-  
bus indigenis, qui licet non nisi rustici  
essent, pari tamen studio Venetorum stip-  
pendia merebantur, perinde ac si sibi so-  
lis Reipublicæ summam gerere incumbe-  
ret. Necdum Mensis September evol-  
vebatur, cum jamjam Venetorum exer-  
citus Montem-Selicem, omnesque, quas  
Cæsarei in Patavino, ac Vicentino tractu  
occupaverant, urbes, ipsamque Vicen-  
tiam recuperaret: demum vero Veneti  
Veronam juxta militaris disciplinæ leges  
obsidere cæperunt: nihilominus Calvi-  
montii conatibus denuo reservabatur  
gloria, ut Venetos obsidionem solvere  
compelleret, quamvis eam illi tota vi-  
rium contentione urgerent, jamque su-  
peratis omnibus munitionibus extra mu-  
ros constructis, arcem S. Felicis, vici-  
numque aggerem tam crebris ruinis dis-  
cuterent, ut obseSSI illam diutius tueri de-

Guicci. l. 8.

K 3      spera-

**Sacul. XVI** sperarent; opportune tamen adfuit Cal.  
A.C. 1510. vimontii auxilium: Hinc animus crevit  
obsessis, egressique porta, tanto furore  
obsidentibus inferunt signa, ut potior Ve-  
netorum pars fuga dilaberetur, reliquis  
misere trucidatis, demum erecti deji-  
ciuntur aggeres, tormenta bellica ada-  
ctis clavis obstruuntur, & ipse Malvez-  
zius consentiente Senatn obsidionem sol-  
vit, funestis totius exercitus reliquiis  
ad S. Bonifacium infra Albejum flumen  
sese recipientibus, ubi tamen in quodam  
loco, tam fluvii, quam paludum opportu-  
nitate munitissimo tam valide sese cinge-  
bant, ut impune cunctos hostium impe-  
tus eluderent.

## §. CX.

*Iterata sed frustranea Pontificis  
molimina adversus Ge-  
nuenses.*

**E**quidem frigoris asperitate jamjam im-  
minente milites ad hyberna dimitte-  
re oportuisset, attamen Papa bellum con-  
tinuari peroptabat, quippe nec Helve-  
tiorum reditus, nec sinister contra Fer-  
rariam ac Genuam armorum successus  
ejus animum fregerat; unde Gallos ab  
urbe Genuensi propulsare decrevit, spre-  
tis quorumdam monitis, qui suggerabant,  
Gallos rebus suis intentos sibi metipis-  
sat